



2259.d.  
0389.

1619, 5 <sup>29</sup> / <sub>Mo</sub> 1-

DISPUTATIO  
De  
SUCCESSIONE  
AB INTESTATO.

Quam

SUB PRAESIDIO

Clarissimi & Consultissimi viri,

Dn. IOHANNIS VVISSELLII  
I. V. D. & in Inclyta Iulia Professoris  
publici ac Dicasterij Prouincialis Assessoris dignif-  
simi, praceptoris sui maximè co-  
lendi.

publicè examinandam proponit.

MELCHIOR Martingf Brunswigâ Saxo.

ad diem 13 Martij



HELMÆSTADI,  
Typis heredum Iacobi Lucij,

ANNO 1619.





V I R O

*Reuerendo, pietate praestanti, & Multiiuga e-  
ruditione conspicuo,*

DN. GEORGIO Schulzen summæ  
AEdis Hildesianæ Vicario, studiorum cultori  
eximio, promotori & Meccœnati suo mu-  
nifico exercitium hoc iuridi-  
cum submisit.


*Dicat*

*& offert*

Melchior Marting Brunopolita  
auth. & resp.



6



DISPUTATIO  
De  
SUCCESSIONIBVS AB IN-  
TESTATO.

THESIS I.

**S**uccessio ab intestato, ( quæ propriè legitima dicitur ) est extra casum legitime facti testamenti defuncti hæreditatis acquisitio. *arg. l. 14. ff. de inofficioso. test. l. 4. §. 1. ff. de b. p. contra tabb. Vult. 1. Iurisp. c. 74.*

II.

Intestatus inter alios & is rectè dicitur decessisse, qui testamenti factionem actiuam non habuit *l. omnem C. ad SC. Tertyll. l. 2. §. impuberem §. si mater ff. eod. l. sciant C. de leg. hered. l. pater filium 14. §. ult. ff. ad L. Falcid.*

III.

Gradus huius successionis hodie 5. reperiuntur. Descendentium, Ascendentium, Collateralium, coniugum, Fisci. *Non. 118. Remotis affinibus l. 7. C. comm. de success. tutoribus l. 10. Gaub. seq. C. eod. tutoribus arg. dd. ll. Circa affines tamen excipe casum l. 5. C. comm. de success.*

IV.

Descendentium siue liberorum meritò primus gradus est, *arg. l. nihil interest so. §. sed nunquid in fin. ff. de bon. liber. l. 7. §. 3 ff. unde liberi.* Et quidè liberi vtriusq; sexus ex iustis nuptijs pro creati, vel per subsequens matrimoniù legitimati, si primi sint gradus in capita, vltioris gradus siue soli sint, si-

ue cum primi gradus liberis concurrant in stirpes vocantur, illi iure proprio, hi iure repræsentationis In finit. §. *eum filius* §. *ult.* Inst. hic. Nou. 118. c. 1. l. 12. C. *de suis & legitimis & auth. seq.* quamuis Nepotes patre superstite non admittantur. Cyn. in tractatu huius Rubr n. 3. V.

Et hoc tam iure ciuili quã Saxon. hodiè rectè obtinere dicimus, etiam tum, quando nepotes solum diuersi numeri ex pluribus filijs vocantur. *text. 1. in d. §. cum filius in fin. Inst. est hic l. 2. C. de suis & legit. & est sent. post Landr. sub Rub. von Succession auff Erbgütern.* VI.

Excludimus autem ab hac successione filios eorum, qui propter crimen læsæ maiestatis, aut propter hæresin damnati sunt. Nam ipsorum bona confiscantur. *l. quisquis s. §. 1. C. ad L. Iul. maiest. c. ex communicamus 13. §. damnati ext. de hered. 2. Filios spirituales. 3. Incestuosos, nefarios & adulteros, quibus tamen ex æquitate Can. alimenta conceduntur. s. cum haberet s. de eo qui duxit quam polluit per aduit.*

VII.

Spurios quod attinet, qui vulgo quæriti appellantur, hi patri quidem non succedunt, adeo vt nec statuto talis successio de æquitate admitti debeat. *arg. l. illud conuenire s. ff. de pact. dotal. matris v,* etiam illustris modo legitimi deficiant, hæreditatem rectè capeffunt §. *nouissime Inst. de SC. Orfitiano. l. 1. §. sed & vulgo ff. ad SC. Terryll. l. si qua illustris C. ad SC. Orfitian.*

IX.

Naturalibus in specie ita sumptis, ex intestati patris hæreditate, relictis iustis liberis legitimis vel vxore legitima nihil, præter alimenta secundum substantiæ mensuram à bono viro arbitratam, debetur *c. 12. §. 6. Nou. 89.* imò nec ex testamento patris (secus in auo *l. fin. C. de natura lib. liberis*) ultra vnam vnciam cum matre diuidendam capere possunt. *l. 2. C. de natural. lib. lis a. non extantibus succedunt patri in duabus*

6

duabus saltem vncijs cum matre sua æqualiter diuidendis *o. discretis §. si quis a. defunctus Nou. 89. quod tamen ad nepotes non extenditur d. l. fin. C. de nat. lib.*

IX.

Matri v. & alijs ascendentibus per lineam maternam *arg. l. 8. ff. unde cognati*, succedunt naturales in bonis allodialibus, non v. feudalibus *§. nouiss. Inst. de SC. Orfit. tit. 26. §. 4. lib. 2. F. vers. naturales. & præteriti querelam intentare possunt. l. 29. §. 1. ff. de inoff. test.*

X.

Quæ supra de liberis ex iustis nuptijs procreatis diximus ea de natis ex vno eodemq; matrimonio manifesta sunt. Quod si vero diuersarum nuptiarum filij vocantur, statuendū, quod paterni in bonis paternis, materni in maternis succedant. *l. fœmina 3. l. cum alijs C. de secundis nuptijs. facta tamen legitima vnione prolium, lucris nuptialibus eius matrimonij ex quo oriundi sunt perceptis, postmodum succedunt æqualiter.*

XI.

Quod item de liberis vtriusq; sexus diximus, de iure civili indubitati iuris est, secus de iure feudali, quo mas fœminâ in succedendo potior *l. 1. §. hoc a. notandum 3. lib. 1. F. adeo vt quamuis feudum fœmineum sit, vel fœmina speciali pacto ad id vocata, non tamen cum masculis sed his demum deficientibus succedat l. 8. §. filia 2. lib. 1. f. 2. 3. & 17. lib. 2. F. ac fœmina semel exclusa perpetuo exclusa censeatur, nisi feudi deficientibus masculis circumstantia vel alia similis contrarium suadeat. per c. 1. §. quin etiam Episcop. vel abbas. l. 1. r. 6. Gail. 2. obs. 148. eadem verò semel admissa à superueniente masculo indigne remouetur. arg. l. id quod nostrum ff. de R. I. 4. 17. lib. 2. Feud.*

XII.

Hinc apparet statuta illa non esse irrationabilia, quibus masculis in successione etiam quoad allodia prærogatiua conceditur, vel fœminis exclusis hi solum admittuntur *arg.*

A 3

l. 1. §.

*l. 1. §. quamvis vers. publice ff. de ventre insp. §. hoc quoque Inst. per quas personas cuique acquiratur. dummodo debito modo dos relinquatur, quæ ut legitima per statutum in totum quidem tolli nequit, minui tamen potest, aurb. nouiss. C. de inoff. test. Et statuta illa etiam in legitimatis per subsequens matrimonium, quicquid Camera receperit, rectè obtinent. Nam ut alias in allodialibus, ita & feudalibus optimo iure succedere possunt §. fin. Inst. de Nupt. l. cum quis 10. C. de nat. lib. c. tanta ex 1. qui filij sint legit. imò in illis ius primogenituræ rectè quoque figitur.*

### XIII.

Legitimati per rescriptum principis tum demum admittuntur, si nulli ex iusto coniugio liberi parenti super sint *aurb. item sine, C. de nat. lib. Nou. 89. §. illud tamen, quamvis vusu receptum sit, ut legitimati succedant cum filiis postea natis Gail. 2. obs. 144. n. 5. quod ipsum an iure subsistere possit vide Dyn. in l. ex facto de vulg.*

### XIV.

Adoptiui non emancipati ad vtriusque parentis hereditatem allodiam (secus est in feudis §. adoptiuus tit 26. lib. 2. F.) cum reliquis liberis in partes viriles vocantur *l. 5. C. de suis & legit. emancipati tum demum, si adoptio facta fuerit ab ascendente, & emancipatio patre naturali mortuo Nou. 118. §. nullam. In arrogatis hoc speciale reperitur, quod ij emancipati in quarta minimum bonorum parte succedant arg. §. 3. Inst. de adopt. l. 22. §. 1. ff. eod.*

### XV.

Testamento liberi in conditione si sine liberis positi non ex causa testati, sed intestati succedunt; eodem exheredati nihilominus succedunt in feudis *l. 8. in pr. lib. 1. F.*

### XVI.

Tantum de primo succedentium gradu: Hoc ergo defici-



6

ficiente proximus gradus est ascendentium *c. 2. Nou. 118.*  
*Auth. defuncto C. ad SC. Terryll.* Hi n. secundum gradus præ-  
rogatiuam *d. auth. defuncto. Nou. 115.* non attenda vllâ bo-  
norum origine *d. Nou. 118. c. 2. v. si a. eundem arg. l. nihil aliud*  
*24. ff. d. V. S. l. 62. ff. de R. I. arg. l. 10. §. filio 2. ff. de V. & P. S. l. fin.*  
*ff. de inoff. test. Myns. cent. 6. obs. 55.* nec sexus differentiâ *d. c. 2.*  
*Nou. 118.* vsufructu tamen patri reseruato *arg. §. finitur 3. Inst.*  
*de vsufr.* in stirpes vel potius genera succedunt. *Heig. in Inst. de*  
*hered. quæ ab int. defe. de succ. ascend. n. 10.* De Iure v. Sax.  
pater solus succedit filio exclusa matre *Sneid. n. 10. & seq. in v-*  
*tensilibus tamen eodê iure si filia decedat, mater præfertur.*

XVII.

Cum ascendentibus fratres & sorores defuncto vtrinq;  
iuncti in capita, vel fratrum & sororum liberi ( non item ne-  
potes ) siue soli siue cum fratribus existentes simul concur-  
runt, sed in stirpes *Nou. 118. c. 2. & 3. Nou. 127. c. 1.*

XIIX.

Fratres ex vno latere tantum defuncto iunctos ascenden-  
tes excludunt *Nou. 118. c. 2. vers. si igitur defuncto.* De fratribus  
v. qui ex linea & sanguine eius parentis sunt, cum quo succe-  
dere volunt, quid statuendum vide *Borch. de grad. p. 222.*

XIX.

Pater vel mater sine liberorum consensu ad secunda  
vota transeundo in bonis ex alterutrius substantia profectis  
solum vsu fructum retinet proprietate penes liberos suos  
remanente. *l. 3. §. 1. C. de sec. nupt. Nou. 22. c. 46. Geil. 2. obs. 98. n. 20.*

XX.

Iure Saxon. quamdiu extant ascendentes collaterales  
non admittuntur. *text. est & gl. in art. 17. libr. 1. Sneid. hic. n. 34.*  
*& seq.* Vnde statuta seu consuetudines locorum contrarium  
inducentes in tantum valent, vt parentibus salua sit legiti-  
ma, quæ est triens bonorum. *Myns. 6. obs. 43.*

21. Af-

## XXI.

Ascendentium seriem excipit Collateralium tertia, ex quibus fratres & sorores defuncto vtrinque iuncti ut & fratrum & sororum prædefunctorum liberi, illi quidem in capita, hi verò concurrentes cum illis in stirpes vocantur *Nov. 118. c. 3.* Iure v. Sax. extantibus fratribus fratrum filij nõ admittuntur. *per reg. art. 3. l. 1. je neher dem Sipde je neher de Erb.* In feudis tamen secus est in quibus nec de Iuris Sax. consuetudine fratrum filij excluduntur à fratribus simultaneè inuestitis. *See henrecht c. 32.*

## XXII.

Fratribus germanis non extantibus succedunt fratrum germanorum filij, remotis semifratribus & alijs cognatis siue collateralibus. v.g. patruo, auunculo, amita, matertera *per d. c. 3. Nou. nostre vers. unde consequens,* & quidem in capita *ibidem vers. sed & ipsis. arg. l. 2. §. hac hereditas ff. de suis & legitimis. Myns. 3. obs. 94. Carol. 5. in comit. Spir. de A. 1029.* qui omnem hac super re dubitationem sustulit. Et hoc ipsum iure Sax. quoque & feudali receptum est. *Landr. lib. 1. art. 17. & est sent. post Reichbildt rir. Schwester und Brüder sind einander gleich nahe Myns. d. loco.*

## XXIII.

Variat tamen in eo Ius Sax. quod & semifratres, item patrum, auunculum &c. cum prædefunctis fratris liberis solis existentibus simul admittat *Landr. l. 2. a. 20. Nou. Elect. Aug. p. 3. c. 18.*

## XXIV.

Post fratres germanos vocantur fratres coniuncti ex vno latere eorumque liberi eodè fere modo quo fratres eorumque liberi ex utroque *auth. post fratres C. de legit. hered. Nou. n. c. 3. vers. his a. non existentibus.* similiter n. ut illi excludunt patros vel amitas &c. *d. auth. post fratres.* Iure tamen Sax. filius fra-

6

fratris ex vno latere patrum non excludit, sed ab ipso excluditur *per d. superius reg. Zeneher &c.*

XXV.

Ita tamen succedunt Iure communi vt bona paterna consanguineis solis, materna solis vterinis deferantur, in alijs a extrinsecus quaesitis succedant aequaliter. *Nov. 84. c. 1. §. 2. l. 13. §. fin. C. de legit. hered. Quod Iure Sax. non seruari putat. VVes. in addit. ad Sneid. in 3. ord. succed. n. 21.*

XXVI.

Hic & illud singulariter notandum venit, quod Iure Saxo. quoad successionem in bonis haereditarijs fratres vel soror ex vtroq; latere excludat fratrem vel sororem ex vno latere tantum tanquam gradu remotiorem *Landr. l. 1. a. 3. §. nun mercke* / id quod ad vltiores quoscunq; cognatos eiam remotiores extendendum est, vt pronunciat & in foro Sax. obseruatur, quod testatur *Sneid. de 3. ord. suc. n. 15.*

XXVII.

Fratres legitimi tantum non succedunt sibi inuicem *l. pen. §. sed vt articulum C. de adopt. nisi sint adoptati ab ascendente Sneid. ad tit. Inst. de success. legit. tantum.*

XXIIX.

Naturales porro & spurij fratribus suis vterinis cum alijs existentibus legitimis (non sic ex damnato coitu nati *Myns. 3. obs 91.*) etiamsi mater illorum fuerit illustris, succedunt *§. vulgo Inst. de succe. cognat. l. 2. & 4 ff. vnde cognati. Sneid. Inst. hic de success. naturalium n. 45.* Et quia in hoc Ius Sax. nimis est rigorosum, dum vult, vt nullus legitimè natus succedat illegitimo *a, 51. lib. 1. igitur de consuetudine, hoc in casu Ius Sax. non obseruatur sed secundum ius commune pronunciat. vt habetur sententia post Weichbildt sub Rub. Vnehliche Kinder auff wem vnd wie sie ihre Erbe verfallen. in pr. Fachs. diff. 27.*

A 5

31. His

## XXIX.

His iam deficientibus omnes extranverso cognati ad hereditatem vocantur secundum gradus tantum prærogatiuã in capita §. *fin.*, *Inst. hic d. auth. post fratres C. de leg. her.* sublato sexus, cognationis atq; agnationis discrimine *d. auth. post fratres*, adeoq; non attentã vinculi duplicitate *VVurms. 2. præct. obs. iit. de success. obs. 3.* & quidem in infinitum §. *cæterum 3. Inst. de leg. agn. success. Nou. 118. c. 3. sub fin. Add. diff. l. C. & Sax. 2. diff. 30, & 34.*

## XXX

Cum liberis tam alterius matrimonij quam comünibus succedit coniux inops, si matrimonium sine dote, vel saltem exigua contractum, & coniux defunctus diues fuerit, in quartam, si tres vel pauciores eorum supersint; in partem virilem, si plures: iure tamen vsusfructus tantum, proprietate penes liberos ex isto matrimonio procreatos remanente *auth. præterea C. unde vir & uxor.* illis v non extantibus potietur etiam dominio, ita tamen vt imputetur etiam dos & legatum in talem portionem *d. auth. præterea.*

## XXXI.

Et hæc portio ne quidem testamento mariti minui potest *Nou. 53. c. quoniã §. 2. Nou. 117. c. 5.* adeo, vt etiam alienata à marito bona ad suppletionem illius quartæ vel virilis reuocare possit *arg. l. omnes 17. §. Lucius ff. qua in fraud. credit. c. Raynutius ext. de testam. l. fin. C. de repud. nisi* forsan necessitate coactus bona sua alienasset maritus *arg. l. 2. C. de patribus qui fil. distr. Forst. lib. 9. c. 6.* Quæ beneficia omnia tam marito quam vxori rectè competunt *per Nou. 53. c. 6. Geil. 2. obs. 98. n. 5.*

## XXXII.

Lucra v. constante matrimonio ex rebus dotalibus acquisita pro oneribus matrimonij nulli alij præter maritum iure communi debentur. *l. 20. C. de iure dotium* Facultates quoq;

6  
quoq; constante itidem matrimonio ab indotata muliere  
quæsitæ, exclusis vxoris prædefunctæ hæredibus ratione  
lucris soli marito debentur. *l. Quintus 51. ff. de donat. inter vir.  
& vx. l. 6. in fin. C. eod.*

### XXXIII.

Iure Sax. qualiter succedant coniuges tam nobiles quã  
ignobiles. *vide apud Sneyd. Instit. de success. ab int. sub lit. de suc-  
cess. iuris Sax. inter vir. & vx. p. mibi 426. & seq.*

### XXXIV.

Porro non tantum vxor sed & sponsa siue de præsentis si-  
ue de futuro Iure communi Fisco præfertur *arg. l. pen. de  
testam. militari arg. l. 13. §. 3. & 8. ff. ad L. Corn. de adult. l. secun-  
dum naturam ff. de R. I. quanquam de Iure Sax. contrarium  
obtin. at, vbi consensio thalami requiritur. lib. 1. a. 45. lib. 3.  
a. 45.*

### XXXV.

Ultimo deniq; ordinibus supra memoratis in totum  
deficientibus, fiscus succedit, modo is bona vacantia intra  
quadriennium occupet *l. pen. C. de bon. vac. alias bonorum  
possessor exceptione præscriptionis tutus esse potest l. 1. §. 2.  
de iure fisci* Quandoq; etiam fiscus legitimos hæredes exclu-  
dit, vt reos criminis læsæ maiestatis & alios quos refert. *Sneyd.  
s. ord. succ. n. 9. vsq; ad 18,*



## COROLLARIA.

1. Filij nati ex matrimonio contracto inter consanguineos gradu  
prohibitos, respectu successionis legitimi repugnantur, duobus con-  
currentibus 1. quod matrimonium non sit clandestinum, sed præ-  
missa competenti denunciatione publice & in facie Ecclesie con-  
tra-

tractum, 2. quod coniuges seu eorum alter fuerit in bona fide ac iusta ignorantia impedimenti c. cum inhibitio vers. si quis de clandest. despons. Honded. 1. cons. 87.

2. Liberi sacerdotum, Canonorum & personarum Ecclesiasticarum in foro Pontificio non tantum non ad patris sed nequidem ad matris hereditatem admittuntur, multo minus parentum cognatis, vel hi illis succedunt Ioh. Fichard. consil. 48.

3. Iure Saxonico in collateralibus iuri representationis locum non esse atq; ideo si defunctus fratres fratrumq; filios relinquat hos ab illis excludi supradictum est. Anne vero id correctum est per recessum Imperij de Anno 1521. ubi in fine sancitur, ut non obstante aliqua consuetudine fratrum filij semper cum patruis suis admitti debeant? Negant Sneider v. ad rit. Inst. de hered. qua ab intest. rub. de ter. ord. succed. n. 14. Coler decis. 48. n. 9. Berlich. par. 3. conc. 24. n. 17. Albertum tamen Archiepiscopum Magdeburgensem Imperialem illam constitutionem recepisse atq; ideo hodie in Archiepiscopatu Magdeburgensi secundum eam pronunciari ydem testes sunt, eandemq; consuetudinem pronunciandi Elector Augustus probavit Nou. par. 3. const. 18.

4. Quartus ordo succedendi est coniugum. Sed ita ut primo bonorum possessionem agnoscere debeant, qua agnitio non quidem verus solennis sed simplex attestatio etiã hodie necessaria est, secundo coram iudice & tertio intra centum dies utiles Cothman. 2. consil. 51. Vnde in casu, quo vidua hereditatem mariti simpliciter occupavit & aliquandiu detinuit, fiscum illa potiore esse respondet.

F I N I S.



①







Helmsstedt, Diss., 1616-19

ULB Halle


3


004 592 670



ms A+13+23

1077





2257.d.  
0389.

DISPUTATIO 1619, 5 <sup>29</sup>/<sub>Mo</sub>

De  
**SUCCESSIONE**  
AB INTESTATO.

Quam

SUB PRAESIDIO

Clarissimi & Consultissimi viri,

Dn. IOHANNIS VVISSELI  
I. V. D. & in Inclita Iulia Professoris  
publici ac Dicasterij Prouincialis Assessoris dignif-  
simi, praeceptoris sui maximè co-  
lendi.

publicè examinandam proponit.

MELCHIOR Martingē Brunswigâ Saxo.

ad diem 13 Martij



HELMAESTADI,  
Typis heredum Iacobi Lucij,

ANNO 1619.

